

prefiguratum legimus Exodi.ij. Apparuit
cominus in flamma ignis in qua flamma
nihil aliud apparuisse legitur nisi de? quia
sic flamma materialis omne corpulentum
quod se contingit consumit et per scintillas
euomitt et se reficit sic flamma diuini ardo-
ris omne corporeum et se proicit et penitus alie-
nat et hoc est quod dicit Bern. Quid facit
tam probata dilectio nisi ut ardenter animu-
m ab omni penitus prava vendicat amore ad
semperitatem rapiat et vehementer afficiat
faciatque per se contemnere quicquid in con-
temptu eorum appeti non potest. Vox ergo
domini intercidit hanc flamam ignis: dum
te cogitationibus instabilitatem de voluntate
omnem alienaz caritatem de intellectu
omnem fantasticam sensualitatem de memo-
ria omnem feditatem penitus intercidit: ita
venib[us] videant oculi nostri nisi manu sicut
Humani.ij. dicit. Sed quia hic flamam pro-
pter tei sanctitatem et nostram fragilitatez
du durare non poterit sicut dicit Job. viij
Visitas eum diluculo et subito probas illu-
ideo teus profectum nostrum desiderans
subiungit aliam vocem: per quam anima san-
cta item ulterius promouetur. Sexta er-
go domini vox est concutientis desertus per
quam vocem temptationis designatur: quod sic pos-
sumus declarare. Per desertum enim cor no-
strum intelligitur: tum propter dei desertio-
nen et omnis gratie subtractionem: tum pro-
pter omnium bestiarium motuum progressio-
nem: quia proprie bestie in deserto comorat-
ur: quod desertum ante concuti dicitur cum
per dei abeuntis combinatione et omnis gracie
subtractione cor nostrum vehementer concuti-
tur: nimetes quod deus offensus recesserit: et no-
lit anima amplius visitare. Autem a deo
sideretilia dicit debeat desertum dicit Job.
bel. Quasi ortus voluptratis terra coram eo
siquid eius p[re]ntia: et post eum scilicet post ei[us] abi-
scissum solitudo deserti. Item Soplo.ij.
Ponit dominus speciosam in solitudinem et in
inuum et quasi desertu: et accubabunt in me-
dio eius greges et omnes bestie gentium: i. besti-
ales motus subtracta gratia recudescunt.
Etiam hoc desertu ex dei absentia concuti di-
catur ostendit Bern. dicens. Dic vos bis ni-

bil est quod anima in tantu formidet: quod ne gra-
tia derelicta necesse habeat denuo egredi ad
carnales consolationes: rursum carnarium
sensu sustinere tumultu. His itaque duobus
scilicet flamine intercisione et deserti concussione
alternis vicissim in tribus continuatis locis
mirabiliter proficit: dum ex dei p[re]ntia flam-
ma ardoris semper plus et plus interciditur:
quousque anima in puru ardore inflammatu[m]
et totiens defluit concutitur primu[m] ad fla-
mam id est caritate nutriendam alteru[m] ad
humilitatem consuandam: quo usque homo
ad perfectu statu feliciter promoueret voce dei
iteru aliud sonante. Septima ergo vox domini
est preparantis certios: per certos perfectos
homines volens intelligi: quod ex certi pro-
prietatibus cognoscimus euidenter. **I**
Habet enim certius tres proprietates: scilicet in in-
gressu celeritatem: in visu limpiditudinem et
perit altitudinem. Sic perfecti currit velo-
citer: nihil enim de contingentibus obmittit
sed quantum: quod et sicut debent fideliter operan-
tur: et sunt de quibus dicit. q. Regu. Aquilis
sunt velotiores et leonibus fortiores: de quibus
Esa. Qui sunt isti qui ut nubes volant: et qui
columbe ad fenestras suas: Secundum certu[m] pe-
tit altitudinem: sic perfectiorum conuersatio est
in alto qui in hac peregrinatione constituti so-
lo corpore cogitatione et auditate in illa pa-
tria eterna conuersati sunt: de quo oru nume-
ro fuit aplius qui dicebat. Nostra conuersa-
tio in celis est: hinc ps. Montes excelli cer-
uis: de his duobus dicit in ps. ex persona per-
fectorum. Qui perficit pedes meos tanquam cer-
uorum: et hoc de primo: super excelsa statuerit
me: et hoc secundo. Tertia proprietas certiorum
est claritas in videndo: per quam illuminata
cognitio: et ex omni parte circu[m]specta consideratio
designatur tecum.

XLVIII. Sermo de eodem.

Ecce misso ange-
lum meum Malach.ij. et Iacob.ij.
Dicit beatus Gregorius. Non sine vehementi
admiratione considero: quod iohannis prophetie spu[m]
intra matris uteru[m] repletus et prius sanctus
quis natu[m]: ille quo inter natos mulieru[m] ma-
ior nemo surrexit: qui etiam angelus meruit
B. 2.

Bermon

appellari: pro puelle saltu capite trucidatur. et ille sanctitatis tante, pro rati turpiu moratur. nisi quod idcirco sic eos premi in infumis: quia videt quod rem ueretur in summis: et foris eos usq ad despiciens deuicit: quos intusq ad incomprehensibilia perducit. **E**xpeditis ergo in precedentibus duobus nominibus scilicet iohanne et ioce. nunc ordo postular ut de tertio nomine angelus videlicet quod dominus dederit prosequimur. **I**n verbis ergo propositis quatuor intelligimus. primo enim nostra deuotio excitatur. secundo innocentis autoritas declaratur. tertio missi dignitas insinuat. quarto hoc totum in nostra utilitatem ordinatur. **P**rimu ibi. ecce. secundum ibi. mitto tertium ibi. angelum meum. quartum ibi. qui preparabit regem. **V**e. **E**st autem gloriolus iste princeps angelus dictus propter duo: scilicet propter vite sanctitatem et officij dignitatem. **P**ropter vite sanctitatem: quia in tanta vita abstinencia et pietate. in tanta laboris austernitate. ut humane conditionis limites excedens. iam quodammodo non homo sed angelus merito diceretur. hinc Matth. xi. veritas dicit. Genit iohannes neque manducans neque bibens. ecce in quanta abstinentia erat ut etiam nec manducare nec bibere diceret. **D**e austernitate etiam eius dicitur ut supra. Qui in omnibus vestiuntur in domibus regum sunt. Secundus dictus est angelus propter officij dignitatem. hoc est propter hoc: quia tanquam angelus et officium gerens angelus: ante facies eius mittebatur. Cum enim angelus tanquam nunc mittantur domino dicente Gre. Tunc angelii dicuntur quodammodo mittuntur. ideo qui hic a domino mittitur vicem gerens angelii. merito angelus nominatur. hinc iterum Gre. dicit. Unusquisque si in quantum sufficit a prauitate proximum reuocat: si exhortari ad bene operandum curat: si eternum regnum vel suppli cium erranti denunciat: cuius sic verba sancte annunciationis impendit profecto angelus existit. **E**t sic patet quomodo et qua ratione iohannes angelus sic vocatus. Hunc autem stimulm ad nostram edificationem quod et nos angeli fieri possimus conuertamur. Cum enim filius philosophum transferentes filium aliquam similitudinem transferant. ideo si in exercitiis

angelorum eis similes erimus: merito in eorum nomine transferimur. ut et nos etiam angeli nominemur. **S**ciendum ergo quod angeli tria habent in se: scilicet puritatem. simplicitatem et inconuertibilitatem. **T**ria ad deum secundum contemplationem. laudationem. et admirationem. **T**ria ad proximum: hoc est inter se: scilicet dilectionem. pacis exhibitionem. et informationem. et si in his nouem exercitiis ipsos imitabimur angelierimus et angeli nomimur. **P**rimo ergo angeli sancti habent in se puritatem et tantam ut se mutuo propulsant et alter alterius voluntatem cognoscant. hinc Damascus dicit. **A**ngeli sunt quedam lumina intellectualia ex primo lumine lumine habentia: non lingua nec auribus indigentia sine sermoni voluntates suas sibi mutuo exprimentia. In hac ergo puritate angelos imitamur quod tunc facimus si omne quod remorder scientiam per profundam penitentiam et pia exercitia exhauiimus: et non minori diligentia que exhausta fuerint ne iterum illabuntur custodimus. Et hoc efficaciter facimus si oia opera nostra sine flagitio. verba sine mendacio. cor sine vicio purissime conservemus. Se cunda angelorum proprietas est simplicitas: per quam quocunque se conuertunt totaliter secundum uirtutem: eo quod natura spiritualis immutabile est: nisi ex ratione alicuius mutabilis: si cum anime et corporis: que quodammodo est in corpore potest mutari: separata vero non. **E**t hoc si cur inuenta fuerit sic manebit. In hac ergo proprietate angelos imitamur: quod tunc exercitare facimus: si omnia interiora et exteriora sine plica retardante vel retrahente ad deum conuertimus: ita ut non sint illi nobis scismata: sed semel et que omnia conentur ad deum: quod si fecerimus citovalde proficiamus ad prospectum: quia sicut in proverbiis dicit. Ubi frater adiuuatur a fratre ibi firma est caritas. hinc iterum dicit. In tribu beneplacitu est spiritui meo: que sunt probata coram deo et hominibus: quorum unum est concordia fratrum Item in puer. Simplicitas iustorum dirigit eos. et iterum. Ambulans simpliciter saluus erit. Ex hac ergo simplicitate multum proficiamus sicut ex eius opposito per omnia retardamur. hinc Eccl. Ue dupli corde. et iterum

De peccatori ingredienti diaboli vobis quia
vibidem dicitur. Unus orans et unus male
dicens cui vocem exaudire deus? Omnes ergo
affectiones interiores et osies sensus exterioris
in vobis coeant et simul omnes ad teum per
nitis se pertuant. Tertia proprietas angelorum
est inconvertibilitas. quia a primo fetuore cari
tatis quod fieri sicut nunccessantes in per
petuum plenerantur. sic et nos in hac proprietate
angelorum imitemur ut simus inconvertibles:
nunquam ad peccata rediretes nec affectum remit
entes. Valde enim abominabiles sunt deo qui
post precepta gratiam vel ad peccata redirentur vel
terioribus affectum remittuntur. dicit enim Iohannes. peccatum
Qui peccans rursum implicata supantur:
facta sunt eis posteriora deteriora prioribus
melius enim erat illis non cognovisse viam veri
tatis et iustitiae: quod post agnitionem retrosum
reuerteretur. ptingit enim eis illud. puer. xxvi. Ca
mis reuersus ad rostrum suum et sus lora in vo
lutabro luti. Descendo vero scilicet qui remittunt
affectum dicitur. Utinam frigidus esses aut cali
dus: sed quod tepidus es incipias te euomere
et ore meo. Sumus ergo inconvertibles sic an
gelus dei: sed stenus et perseveramus tam in af
fectionibus quod in operibus effectibus dicentes cum beato
Job. Justicia mea quam tenere cepi non des
tam donec testificari: nec recedam ab innocen
tia mea: quod heu pauci faciunt. quibus in apoc
alypsi dicitur. Scio opera tua et labore et patienti
am et sustinuisti propter nomine meum. sed habeo
pro te quod caritate tuam primam dereliquisti me
mor. esto ergo vobis excideris et age priam et
prima opera fac. Hanc infidelitatem lugendo
queritur Bern. di. Non sine causa cum sint in
nobis eadem cum patribus pueris principia
dispar valde perfectus inuenitur. Iohannes enim de
die in die profecisse legimus et cursum plurimum
massum: sed nunc apud nos magnus estimatur.
si quis vel ipsa pueris principia conser
varet: ut non minus humili timoratur. sollicitus
non minus seruens quod in principio videtur.
Causa autem huius pessime apostasie haec est. Quia
cum per te misericordia a patribus liberamur et re
missione psequimur peccatorum per hoc alleviati
one et exoneratio scientie quondam letam et
sociam deuotionem picipimus: quam cum in
duos in spiritum puerere debemus: ne hoc

magis et magis seruire deo iuxta Grego
Quanto maiora a deo beneficia accipimus: tan
to ad seruendum ei grauius obligamur) tan
tem letam et sociam fiduciam non in spiritum
sed in exteriori ineptiam comutamus: quod est
iniquitas maxima. Et qua cautos nos facit
applus dicitur. Vos in libertate vocati estis: tan
tum ne detis ea in occasione carnis. de quod per
fidia beruli. queritur dicens. Aliquid genus ser
uorum suscipit in mensa filiorum: cum rudes
ad huc et incipiens animus in eum assumitur affe
ctus qui per premio sanctitatis reddi solet me
ritis prefectorum: in quo prochdolorum plurimi
falluntur: quod cum pascuntur pane filiorum: qui ex
meritis nondum digni sunt esse seruari: iam ex
hoc se filios arbitrantur et deficientes vobis pasc
cere debuerunt ex visitante gratia euangelizantur
in conscientiis suis: arbitrantes se esse aliquid
cum nihil sint: et te bonis domini non emendatur
sed inducantur. pascuntur enim a patre deo de preci
osiore substantia genere suorum assecientes esse
filii. ipsi vero gratia dei abundantem efficiunt
inimici dicentes illud manue. Si dominus
voluisset nos occidere non accepisset sacrificium
cum de manib[us] nostris. Imitemur ergo in hac
proprietate inconvertibilitatis angelorum: ut in
gratiam dei assumpti nunquam reuertamur sed ad
omniem dei gratiam nobis data in trepidemus:
timentes ne indigne opemur in ea. Ex
Scendo angelus triahabitus exercina in ter se: scilicet
dilectionem pacis exhibitionem et promotionem.
Hec tria nobis in uicem exhibeamus: si
vitaz angelicam habere cupimus. Primo ergo
diligamus nos in uicem: quia in dilectione
proximi tota lex penderit et prophete. et hoc quod dicit
apostolus Ro. xiiij. Qui diligit proximum legem
implebit. Nam non adulterabis. non occides
non furaberis. non falsum testimonium dices.
non cupisces rem proximi tui. et si quod aliquid est mandatum in hoc verbo instauratur. di
liges proximum tuum sicut teipsum. dilectio enim
proximi malum non operatur. Ista enim est quod di
lectionem dei probat. Non enim deus se diligere
reputat nisi pateretur. primis diligatur.
dicit enim Job. iiij. Qui non diligit fratrem suum
qui videt. quod deum qui non videt potest
diligere. Hoc autem regula dilectionis proximi
in duobus consistit. que non solum mandata sunt

Bermon

perscripturam sed etiam versa in naturam
Et ne quis de ignorantia se excusat. sciat il-
lud quod scribit **O**lat. vii. **D**ominus quecumque
vultis ut faciant vobis hoies et vos facite il-
lis. hec enim lex et prophete. Item **I**thobie. iiiij.
Quod ab alio odit tibi fieri: vide ne aliquem
alteri facias illud. hinc **A**ugust. **D**uo sunt ex-
ga dilectionem primi obseruanda. unum ne
malum inferas. alterum ut bonum impendas.
ut antiqui homines et patres quibus diuina
precepta nondum fuerant instituta: regebant
vitam suam: cauentes alios infeste quod sibi no-
lent infestri: et exhibentes alios quod sibi cupent
exhiberi. **E**t quod amor primi necessari est ad
salutem. quicquid in nobis agit totum sit ut
in amorem primi inducamur. **H**inc **B**ernardus
Solus amor est quem a nobis exigit deus. cuius
autem beneficj nos obruit: aut flagellis corre-
pit vel consiljis instruit vel mandatis astrin-
git et quicquid diuina lege inducit vel in-
troducit: ad solum amorem dei et proximi in-
ducitur. solue tributum amoris et noueris do-
mino satisfactum. **S**cđum quod angelii habent
ad inuicem est pax: propriet quod et ange-
li pacis vocantur. sic et nos pacem ad inuicem
habeamus si angelos cupimus imitari. de
qua pace dicit **A**ugust. **L**anum est boni pacis
ut in rebus terrenis atque caducis nihil gra-
tius soleat audiri. nihil desiderabilius co-
pisci. nihil possemo posse melius inueniri
propter quod bellum queritur ut pax habeatur.
Hinc **B**ernardus. **S**icut debemus corpori sanita-
tem. cordi puritatē sic debemus pacem. primo
propter quod deus resurgens a mortuis quoties
discipulis apparuit. pacem eis obtulit dicens
Pax vobis. Est autem triple pax exterior. in-
terior et superior. **P**ax autem exterior non est nisi
temporis tranquillitas quam nullus elector
vnumque habuit dicente domino **O**lat. x. **E**cce ego
mitto vos sic in medio lumen. **S**ed et equimis
suscepitio emergentium in tempore: ut quicquid tri-
bulationis et angustie emergit in tempore equa-
nimitate suscipiat: tranquillitate animi nul-
latenus violata. de qua loquitur nos apostolus
Ro. xii. **S**i fieri potest quod ex vobis est cum
omnibus hominibus pacem habentes. **P**ax vero
interior est cordis pacati que ex oīm interio-
rum tranquilla pax in bonum efficiunt.

De quod dicit pater. **F**iat pax in virtute tua. **P**ax
vero superior est pax eternitatis que est concor-
dia fruendi deo et nos in deo. **y** **C**erte
unum exercitum angelorum consistit in eorum mu-
tua promotione. **A**ngelus enim angelum promo-
uet ipsum purgando. illuminando et perficiendo.
sic et nos certatim nos promoueamus ad oīa
genera boni nos mutuo adiuuantes. quod sicut
puer. xviij. dicit. **F**rater qui adiuuat a fratre
est quasi firma ciuitas. **Q**uartum exerciti-
um habent angelii dei super se ad teum: et hoc
consistit in tribus: scilicet in contemplatione. lau-
datione et admiratione. in quo si eos imitabi-
mur erimus et nos de eorum consortio coram
deo. **P**rimo ergo imitemur eos in contem-
platione: que ex duobus in nobis agit scilicet
et diligenti nostra preparatione: et diuine gra-
tie operatione. **D**e primo monemur. i. **R**eg. vii.
Preparate corda vestra domino. quod sicut di-
citur puer. xvi. **D**ominis est anima prepara-
re. **Q**uod autem hoc sit faciendum docet **B**er-
nardus. **D**ominis est ingiter preparare cor-
voluntatem expediendo ab affectionibus alienis.
ratione et intellectu a solicitudinibus. neminem
etiam a uecessariis occupationibus: ut in die
bona domini et in hora beneplaciti eius cum
audierit vocem spiritus inspirantis pernuco-
currant et cooperant sibi in bonum. in quo cu-
fecerit homo hoc quod derit et poterit: accedit gaudi et
contemplatione incipit opari. **S**ecundum dicitur
et cendum est de diuine gratiae operatione. quia
Augustus describit dicens. Postquam ad agnitionem
preparationem ab homine diligenter instau-
ratam puentum fuerit. tunc in metus excessum
si hominem rapit et fit silentium in celo qua-
si dimidia hora: ita ut contemplantis animis
nulla alternantium cogitationum tumultu-
tuatione turbetur: nihil omnino inueniens
quod vel per desiderium petat vel per fastidium
arguat: vel per odio accusat: sed infra pene-
plationis tranquillitatem totus colligitur
et intromittitur in quendam affectum multo in-
usitatum introsum ad nescio quam dulcedeni-
tatem: que si semper sic sentiretur: perfecta ma-
gna felicitas esset. nihil sensualitas. nihil a-
git imaginatio: sed omnis inferior visus an-
tropio interior videtur officio. purior autem

anime pars et superior vis eius in id intime
quiens secretum: et summe tranquillitatis ar-
chanum felici iocunditate introducit. Ci-
vus est enim et efficax sermo dei et ptingens us-
q; ad divisionem anime et spiritus: et ideo nibil
in creaturis hac divisionem mirabilius cerni-
tur: ubi aliquid quod essentialiter non est atq;
individuum in seipsum scanditur: et qd simplex
in se et sine partib; constat: quasi quadam par-
titione dividitur: ut qd corpulentum et fetu-
lentum est deorsum remanet: et qd spiritua-
le et subtile est usq; ad speculationes divine
glorie sublimatur: et in eandem imaginem
transformatur: pars inferior cōponit ad su-
mam pacem et tranquillitatem: pars vero su-
prior: sublimatur ad gloriam et iocunditatem.
Scđo post hanc contemplationem sequit de-
vote anime admiratione: qd sic contingit. Cum
enim anima ab hac contemplatione sibi sp̄i
remittitur: rediens sic ad seipsum te p̄gusta-
tie gratias: saporem quendam in se retinet per
que reaccensam memoriam suavitatis p̄mis-
se incepit etiucare volens redire in ipsum: sed
nō prevalens recidit iterum in seipsum inqui-
rens intimissimum cogitationum medullis
quid in contemplatione rapraviderit: quid
gustauerit: quid senserit: quod licet nequaquam
meminisse valeat ut factum fuerat: aliquas
tamen sc̄nillulas et primicias licet alonge
cogitat: per quas iterum reaccensa et qdām
modo inebriata in stuporem et admirationem
vehementissimam trahitur: cogitans quid
deus sit in se et in nuda veritate quid habe-
at: quid in hac vita peregrinationis velatus
vixit in speculo et in enigmate tam supra
modum maxima et qd exuperant omnem sen-
sum electis suis et dilectis tribuit: in quam
admiracionem quanto profundi? immersa fue-
rit tanto deus amplius exaltatur: iuxta illud
ps. Accedet homo ad cor altum et exaltabis
deus. Et quia nulla devotione exhaustire po-
tentiam admirationem: conuertit se ad laudatio-
nem. Tertiū ergo exercitiū hominū deuo-
tiorū ad deū habendū est ipa laudatio: lau-
dantes ipsum super omnib; mirabilib; suis in
timi affectu: nec simpliciter laudant sed
laudando deū magnificant. Ad quod hora-
tur Eccl. xliv. Glorificantes deū quantum

cunq; potueritis et supualebit adhuc: bene-
dicentes dñm exaltate illū qntum potestis.
maior enim est omni laude. Quis enim magni-
ficabit eū sicut est ab initio: multa sunt ab-
scondita pauca videmus opera eius. Nam
rem aut laudē quā deo possumus exhibere
describit nobis Gre. dicens. Ille deum fin
multitudinē magnitudinis maxime laudat
qui se succumbere in eius laudis expletione
considerat. Tunc enim facundius laudes dei lo-
quitur: cū ab his obstupescendo obtute-
scimus: quia ad narranda magnalia dei de-
fectus noster hoc nō suppetat: qd sufficiēter
etiam exarat linguā suā: ut qui comprehen-
dere nō valet hec ydonee mutus laudet. di-
uina ergo opera que explere laudando non
possumus: facūdius deficiēdo laudam? et.

XLIX. Sermo de eodem.

Pater natos mu-
lierum nō surrexit maior iohanne
bapti. Luce. viij. Beatus bern. hoc verbū ex-
ponens et exponēdo magnificans dicit. In
hoc verbo inseruntur qd terra excedit: celū tran-
sit: p̄mqz verticem angelice dignitatis at-
tingit. Nec oponas mihi iohannē euange-
listam licet inter ceteros magis dilectū: nec
principem apostolorū petrū omnib; aposto-
lis antelatum: nec vas electionis ad terciū
celi secreta translatum: nec apostolic⁹ splen-
tor occurrere audeat precursori: quia iā oēs
isti adolescentie metas excesserant: cum ei a
veritate prolatū est inter natos mulierū et
Z. Expeditis ergo missis trib⁹ nominis
bus huius principis glorioſi sc̄z iohannes
vox angelus: in quibus sume p̄fectionis cul-
men cognoscitur attigisse: nunc ad p̄clusio-
nem cōmendationis induit̄ verbū p̄positū
ac si dicatur. Quia in noīe iohannis p̄ gra-
tiam preuenientē: in noīe vocis p̄ grām pro-
mouentē: in noīe angeli p̄ grām p̄summan-
tem: gloriōsus iste princeps est mirifice sub-
limatus: ergo ex his omnib; tanq; ex premis-
sis veritas concludit. qd inter natos mulierū
et. In qbz verbis duo intelligim⁹. Primo
enī ponit exceptionē: scđo iohānis p̄menda-
tionē: primū ibi: inter natos mulierū: scđum
ibi: non surrexit maior. Primū adhuc diu-